HIERONYMUS
Salzburg, Ende 11. Jh.
Seite 64r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26080
Copyright: Admont, Benediktinerstift

simulatione fallacie. Fit enim tamquam egrotus qui ministrat egroto. nam
cum se febres habere mentitur. si cum animo condolentis cogitat. quemadmodum
sibi seruiri uelit si ipse egrotaret. Nam utique iudeus erat. christianus factus.
non iudeorum sacramenta reliquerat. Quae cuncta ille apostolus & legitime.
tempore quo oportebat acceperat. Ideoque suscepit ea celebranda cum iam
xpi esset apostolus. ut doceret non esse pernicosa his qui ea uellent. sicut apostolis
p lege acceperant. custodire & ea cum in xpm credidissent. non tamen
in eis constituerent spem salutis. quo p dnm ihm salus ipsa quae illis sa
cramentis significabatur aduenerat. Ideoque gentibus quos insuetos ad fi
dem reuocaret. onera grauia & nnecessaria nullomodo imponenda esse cen
sebat. Qua ppter non ideo petrum emendauit. quod paternas traditiones obser
uaret. quod si facere uellet. nec mendacium. nec incongrue facere. quamuis enim
ea superflua. tamen solita non nocerent. si quo gentes cogebat iudaizare.
quod nullomodo posset nisi ea sic agere. tamquam adhuc & ea post dni ad
uentum necessaria salutis sic forent. quod uehementer p apostolatum pauli
ueritas dissuasit. Nec apostolus petrus hoc ignorabat. si id faciebat. tamquam
cos quos ecclesiae circumcisione erant. Ita & ipse uere correctus est. & paulum uera nar
rauit. ne in sacra scriptura quae ad fidem posteris edita est admissa aucto
ritate mendacii. tota dubia nutaret et fluctuaret. Nil enim potest aut opor
tet literis explicari. quanta & qualia inexplicabilia mala esset quantum
si hoc accesserimus. Posset autem oportune minque periculose demonstra
ri. si coram inter nos colloquerem. Hoc quod iudeorum paulus dimiserat
quod malum habebant. et in primis illud. quod ignorantes dei iustitiam
suam iustitiam uolentes constituere. iustitiae dei non sunt subiecti. Dean
de quod post passionem & resurrectionem xpi claro & manifesto sacramento gre
secdm ordinem melchisedech. Adhuc putabant uetera sacramenta nec